IOANNIS A PAREIA IN SALMANTICENSI ACADEMIA IURIS PONTIFICIJ PUBLICI PROFESSORIS RELECTIO CAPITULI PRIMI DE CENSIBUS HABITA PRO ROSTRIS IN SALMANTICENSI GYMNASIO 3. NONAS NOUEMBRIS ANNI. CIↃ CI XCVI

Ex Concilio apud Guarmaciani.

Ancitũ eſt, vt vnicuiq; Eccleſiæ vnus mãſus integer, & abſque vllo ſeruitio tribuatur. Et preſbyteri in eis cõſtituti, nõ de decimis, neque de oblationibus fidelium, nõ de domibus neque de areis aliasatrijs *vel de hortis iuxta Eccleſiam poſitis, neque de prædicto manſo aliquod ſeruitium faciant præter Eccleſiaſticum: & ſi aliquid amplius habuerint, inde ſenioribus debitum ſeruitium impendant.*

1. tex. ἐπιγραφὴ reſtituitur.
2. reiecta communi interpretatur vox, Manſus.
3. vnde vox parochi ſumpta fuit.
4. vocis patronus origo & etymologia.
5. quare in auctione Romana ſemper dicebantur vendi bona Porſenæ.
6. quare coniuges dicebantur Caiæ.
7. ratione exornatur principium noſtri textus, & capituli primi de iure patronatus origo, & intellectus.
8. Ca. quamuis pactum. de pactis li. 6. noua ratio.
9. Cap. ex. literis de iure patron. intellectus.
10. Ca. præterea. 2. de iure patronatus intellectus.
11. genera decimarum. l. veteris explicantur, & ibi. l. 8. ff. de rerum diuiſione conciliatur cum. l. ſequenti.
12. Ἀγάπαι hodie dictæ, charitates vnde ſumpſerunt originem & quare extra Eccleſiam ponantur horti, & quare horologium eſt in. 12. horas diuiſum.
13. quare ſeruitium Eccleſiaſticum dicatur cathedraticũ, eiuſque rationes & à quo ſũpſit initiũ
14. Cap. cum Apoſtolus infra intellectus, & ibi quare Symbolum non fuit ab Apoſtolis ſcriptum, & quod officium ad ſui ſuſtentationem exercebat B. Paulus.
15. Cap. 2. de decimis & cap. 2. ca. vnio. 10. quæſt. 3. intellectus & quare non ſoluatur cathedraticum de atrijs templi.
16. Intromaſticum in quo à cathedratico differat.
17. quare à monaſterijs nõ deducatur cathedraticum.
18. In quo eulogia à cathedratico differant.
19. Capituli, Si quidam. 10. quæſt. 1. intellectus.
20. Epiſcopus pluries in anno viſitans vnam tantum procurationem deducit.
21. An præſcriptione liberetur Eccleſia à ſolutione cathedratici vel ab alio tributo.
22. Epiſcopus non poteſt, à ſe cathedraticum abdicare, & quãdo ab eius ſolutione liberetur Eccle.
23. quid ſoluendum ſit pro cathedratico & ibi de ſolidis nonnulla.
24. Verbum ſenioribus à curate explicatur, & ad vltima verba tex. noſtri rationes, & aliquorũ canonum intellectus afferuntur.
25. De ſubſidio charitatiua nonnulla.

HIC textus non eſt deſumptus, vt habet ἐπιγραφὴ ex Concilio Guarmatienſi, cum tale Concilium non extet. Neque ex Concilio Vormatienſi celebrato ſub Papa Adriano. II. Imperatore Ludouico II. Anno Chriſti. 868. cap. 50. ex quo citatur à Graciano *Inc. Sancitum.* 23. q. 8. *Ioue p. 3. capit.* 55. *Iouerio de ſanctionibus Eccleſiæ, claſſe, 2. fol.* 123. *additione Gregoriana.* Hic, cum Concilium Vormatienſe (quod in vetuſtiſſimis exemplaribus manuſcriptis reperitur) tantum habeat quadraginta quatuor capita, & in ſequentibus, quæ ſunt in manuſcriptis codicibus repetantur, quæ iam ſuperius iiſdem pene verbis ſancita leguntur, *Vt admonet Laurentius Surius in notis ad Concilium Vormatienſe inſertum, 3. tomo Concil. fol.* 983. Sed eſt deſumptus ex capitulario Caroli magni lib. 1. cap. 90.

Cuius interpretaturus verba quia difficillima, obſeruo gloſſã noſtram quam ſequuntur *Floren. 3. par. titul. 12. cap. 2. §. 21. Otalora de nobilitate 3. par. 3. partis cap. 5. num. 3. Lamber. de iure patronatus, l. 1. par. 1. quæſtion 5. ar. 21. n.* 13. putaſſe manſum eſſe quantitatem terræ, quam boues in anno arare poſſint, quæ a nobis dicitur *Iugada*, Quam licet confirmare valeam ex *Helmoldo in hiſtoria Slauorum c.* 10

Accipiente Mansum pro iugero terræ, *Otho man. de verbis feudalibus ver. Mansus* Asserente hinc talem agrum dici metatum, i. præscriptum certo limite, seu mensura, de qua ait Virgilius in diris:

Pertica, quæ nostros meta est impia agellos: falsam judico, quia Mansum si vox latina est, non potest esse nisi participium à manendo vt frequentius iudicatur vel à mandē do, in qua significatione dixerunt *Varro in lib. cui titulus est γυωσαφτον vt ficum pararet Mansum Lucilus lib. 30. pro ferre poßet Mansum ex ore daturum*, Et à quolibet horum verborum sit participium, non posse iugerum terræ significare, quilibet cognoscet: alij autē credūt significare portionē alicui ad alimenta assignatam, considerantes eam portionem in lingua sancta dici מָנָה 1. *sem. 1. ver. 5.* Vnde ius cælitus missum, ex quo mensura gomor ad cuiuslibet alli mēta colligebatur dicitur manhu, *Exodi. 16. Numerorum 11.* Vulgo manna: his tamen non accedo quia præfata portio, quæ hispanè dicitur racion, non dicebatur Mansum, sed dimensum, vt constat ex principio Terentiani Phormionis.

Quod ille vnciatim vix demenso de suo
Suum fraudans ingenium comparsit miser,

Quia vt ait Lambinus in prologo Menechmi Plauti dabantur singulis seruis quaterni modij in singulos menses: ad veritatem tamen magis accessit Cuiac. lib. 1. de feudis tit. 1. dicens, Mansum esse fundum ex cuius redditu Ecclesia se & suam familiam alere posset, id est vt habeat duos ministros luminaria, panem ad hostias, & alia requisita in cap. Nemo iūcta glossa receptā verbo custodiāt de cō secrat. d. 1. in cap. proposuit de filijs presbyterorum, iuncta glossa fin. recepta à Panorm. con. 89. nu. 2. v. 2. Selua de benef. 1. par. q. 5. nu. 211. Lambert. suprà, qui fundus dicitur Mansus à manendo, id est, stabilis: in quo sensu reprehendens Cliniam propter fugam Chremes Terentianus in Heautontymorumenō, act. 2. scena prima ait *Vt vt erat, Mãsū tamen oportuit*, Id est, stabilem esse oportuit: hinc villici commanentes à gleba inseparabiles, quorum fit mentio in cap. 2. de Iudæis in cap it. 3. de immunitate Ecclesiæ. dicuntur mansarij in cap. 2. Synodi Chalcedonen. & lib. 1. feud. tit. 4. §. 4. curtis dicitur esse immansa: vult ergo dicere Concil. *Sancitum est vt vnicuique Ecclesiæ vnus Mansus integer absque vllo seruitio tribuatur*, hoc est, qui ædificaturus est Ecclesiam, ei debet tribuere dotem competentem, eaque non in pecunia, in qua fiebant oblationes tempore Apostolorum Aet. 2. cap futuram. 12. q. 2. Neque in alimentis quibus contenti erant presbyteri: in de parochi dicti (ἀπὸ τοῦ παρέχειν idest à mutua præbitione alimentorum & sacramentorum) sub Euaristo anno Christi. 112. vt colligitur ex capit. 1. 13. q. 1. B. Cypriano libr. 1. Epist. 9. *Sed immanso*, Hoc est, in re manente, seu stabili, ad quod statuendum motus fuit tex. noster. Primo exemplo Micham viri fortissimi in monte Ephraim, ediculā qui Othonielis diebus anno mūdi. 2767. à se cō structā, ornāit redditibus quibus sustētaretur flamē sacrificium Idolo facturus, vt ex Seder olam refert Genebrar. lib. 1. Chronog. & etymologia patroni, qui vt firmant D. Isidorus lib. 10. Orig. f. 69. Festus Pom. de verb. sig. f. 153. dicitur à patre eò quod sicut ille, filium generans deducit à non esse ad esse, ita & patronus: at pater, quia habet potestatem eligē di generi ex ratione *l. in bello. §. medio tempore. ff. de captiuis*, tenetur dotem filiæ præstare *in. l. fin. C. de dotis promission. in. l. 8. titul. 11. par.* 4. Ita & patronus hic, Carolo imperante, sub quo correcta iam decisione Gelasij primi, *relata in cap piæ mentis, & in cap frigentius. 16 quæst. 7.* Conc. Tolet. 9. relato in cap. *Decernimus. 16. quæst. 7.* Facultas præsentandi patronis concessa est tenetur Mansum tribuere.

Quam etymologiam, vt nonnulli reijciant, & aliam ex chronologia certiorem deducant, obseruant, *Plutarchum in Romulo* affirmasse quendam hominem nomine Patronum ex ijs qui Euandrum in Italiam consecuti sunt imbecillorum curam gessisse, eisque præsidio fuisse à quo, vt à fausto nomine latini nomen patroni acceperunt, pro omni illo qui alterius est benefactor & auxiliator *In Horat. libr. 2. Epist. 7. Pol me miserum patrone vocares. In Terentio Eunuch. Act. 4. scena 6. Te mihi patronum cupio Thais.* Sic dicitur patronus manumissor, *In c. liberti. 12. quæst. 2.* Aduocatus in. *l. Sancitus. 2. C. de aduoca. diuer.* Procurator Cæsaris seu defensor fisci, *In. l. fin. C. de aduocat. fisci.* Maritus, *In tex. Hebræo Exod. 21. versu. 3.* Qui nationes deuictas bello in fidem recepisset, *In lib. 1. off. Ciceronis*, Et in Ecclesia templi bene factor, *In d. ca. Decernimus.* Neque id in vrbe Romana nouum fuit, in qua quoties in auctione vendebantur hostilia bona ex præda capta dicebantur vendi bona Porsenæ, quia illa venundatio Regibus exactis & discessu facto à Ianiculo icto fœdere, quo castra opulenta Porsena P. Romano dono relinquebat tollens metum seruitutis satis populo fausta fuit: ea tamen consuetudo à vulgo

exten

extensa, *Vt in lib. 1. refert Tit. Liuius*: In pace durauit. Et pro foribus ædium mariti interro
6 gatæ mulieres quænam essent Caias se esse respondebant, *Vt refert Brison. de raptu nuptiarum f. 42.* Et qui nubentem introducebant, iubebāt illam hæc verba profari ὅπου σὺ Γάιος ἐγὼ Γαΐα, id est, *Vbi tu Caius ego Caia*, a fausto nomine Caiæ Cæciliæ, quæ ante dicta Tanaquil nupsit vni ex filijs Tarquinij, videlicet, Tarquinio prisco, *Vt obseruat Manutius in Adagijs f. 1185.* Infeliciter sanè debens aduertere antiquos Romanos licet in nuptiarum ritu Talasij nomen ominis causa tenerent, non tamen Caiæ: cùm in præfata formula prius de Caio, quam de Caia fiat mentio, statimque pro formulæ interpretatione aduertendo *Cum, Eustachio lib. 2. & 14. Iliad.* Ex authoritate Ælij Donati Gaium ἀγέα dici: & ab Italis & Tarentinis, proco sumi, qui locat operas suas & mercenarius est. In præfata formula nihil aliud nubentem dicere quàm, vbi tu mercenarius, ego quoq; mercenaria ero, id est, tecū qualem cunque fortunam, etsi nimis aduersam experiar. Addit tamen Eustachius Gaium significare hominem obesum, tardum, tereum, valde stolidum: vnde. 10. Odyss. Iras à Græcis appellatur, Βουγάιος, id est valde stolidus, quasi dicat cōiux, vbi tu stolidus ego quoq; stolida ero, nō te hac causa relinquā. Secundo ne de tali Ecclesia vt olim de Synagoga dicatur illud Thren. 1. *Omnis populus eius gemens, & quærens panem, dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam: vide domine, & considera, quoniam facta sum vilis.* De presbytero seruiente, *Illud cap. diaconi. 93. d. Mendicat infelix clericus in plateis, & publicam à quolibet deposcit alimoniam.* De
7 patrono eum non patrem, sed vitricum esse, habereque pro derelicto Ecclesiam cui necessaria non ministrat: Sicque eam *ex l. vnic. §. sed scimus C. de latina libr.* donandam libertate: ex quo tex. patronum incompetenter dotantem Ecclesiam, priuandum iure patronatus dixerunt glos. *in capit. quicunque. 16. quæst. 1. Iason nu. 17. in Rub. ff. sol. ma. Rochus verbo & dotabit quæst. 9. numer. 16.* Est tamen hoc principiū satis difficile: dum verbo Mansus iungit verbum integer: nam si Mansus congruam & integram dotem significat, quare addit verborum integer? Quam difficultatem à nullo animaduersā vt demēsā tribuā ob seruo dicere tex. mansū integrū Ecclesiæ tradendum, id est, non diuisum. Licet enim sit ita pingue effectum, vt pluribus Ecclesijs sufficere possit, non tamen diuidatur: in quo credo Carolum Magnum respexisse ad antiquissimum abusum reiectum & explosum in cap. 26. Synodi Cabilonensis secūdæ celebratæ sub eodem Carolo anno Christi. 780. quo patroni hæredes Ecclesiam erectam cum bonis diuidebant inter se ad bonorum temporalium similitudinem, tria vel quatuor de vno facientes altari: Sanctione facta (vt in cap. 1. de iure patron. refertur) qua cauetur Ecclesias iuris patron. non esse inter hæredes diuidendas ne eam sectionem respectu templi prohibitam in Manso hæredes tentarent, viā fraudibus quærentes, vt omnem Imperator moueret lapidem, verbo Mansus adiungit verbum integer, quasi diceret, patrimonium Ecclesiæ sicut tunica Domini inconsutilis non diuidatur *In cap. Maioribus de præb.* Tribuaturque Ecclesiæ absque vllo seruitio ex multiplici ratione. Prima, quia non potest interponi grauamen in legitima. *l. quoniam in prioribus. C. de in off. testā. in dote. l. fin. §. filiæ fidei commisit. ff. de leg. 2.*

Secunda quia pactum factum cum Patre, ex quo conditio dotis redditur deterior est legi bus improbatum, *In. l. de die. 14. l. id est, 15. l. vt autem. 16. l. Atilicinius. 17. l. aliud. 19. ff de pact. dota.* Et sic cum patrono. propter quā rationem est facta decisio tex. *In. l. fin. ff. de suis & legit. hær. in cap. quamuis pactum de pac. l. 6.* 8

Tertia desumi potest ex l. 1. *§. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non detur.* Ex quo verbo deduco primò rationem, *Ad tex. in cap. ex literis de iure patron.* Aduertendo, *Cum Beroio num. 37. in cap. 1. de iure patr. Rem. sing. 57. Bohe. d. 322. num. 14.* In puncto Iuris tunc tan 9
tum cum vniuersitate bonorum transire ius patronatus quando non aliunde quam per sūdum patet aditus ad Ecclesiam: tunc enim transit fauore Ecclesiæ, ne si precario ab emptore non habeat viam nequeat à patrono, cui denegatur aditus foueri, sicque contra tex. nostrum obtineat cum seruitio emptori debito mansum, quod ne fiat emptorem elegit patronum, quem solùm potest habere protectorem vt dixit *Panorm. disput. 5. nu. 5.* Ex qua ratione excluso filio abstento contra *l. 9. ff. de iure patron.* Extraneis hæredibus Ecclesiam dedisse ius patron. *In Clem. 2. de iure patron.* Docet Pancirolus, *con. 1. nu. 47.* Et contra reg. l. *Quia perinde. §. restituta. ff. ad Treb* Fidei commis. ario dedisse ius patronatus firmant *Phanutius de Inuent. 6. parte nu. 64 Molina. l. 1. cap. 24. nu. 10.* Secundo interpre 10
tor *Tex. in cap. præterea. 2. de iure patron.* vt quatenus habet patronum ex diœcesani authoritate tempore fundationis posse sibi aliquem censum reseruare, vt procedat casu

quo Ecclesia sit locuples habens dotem vltra Mansum, vt habuit Ecclesia ex donatione Adolphi, apud Crantium. l. 4. Vandaliæ ca. 15. & 25. Secus verò si non habeat, nisi Mansum, qui iuxta tex. nostrum est Ecclesiæ absque vllo seruitio tribuendus, imoque si tale pactum adijciatur vt juris regulis cõtrarium habebitur non adiecto iuxta *Tex. in simili in cap. diaconi. 28. d. cap. sic quidam 10. quæst. 1. ca. cum M. de const.*

A patronis statim ad presbyteros transiens tex. ait presbyteros sibi constitutos ad nullum præter cathedraticum seruitium Episco-
11 po soluendum teneri *De decimis* quia bonis spiritualibus deducto cathedratico de sacerdotibus relictis ne contra, *Illud Nahum. 1. consurgat duplex tribulatio.* Nam licet in l. veteri essent quatuor species decimarum, prima, quæ soluebatur leuitis, Secunda quæ ex hac decima soluebatur summo sacerdoti, Tertia quæ separabatur ad comedendum in templo illis tẽporibus, quibus populus in eo cõparebat, ex præcepto *Deu. 14.* Quarta quæ à populo tertio quoque anno separabatur pro pauperibus alendis *in cap. 1. de decimis. docent D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. Vincentius in speculo morali, lib. 1. p. 3. d. 66. Sotus de Iust. & Iur. lib. 9. quæst. 4. art. 1.* Tertiam tamen non fuisse in l. veteri *Firmant Liranus Deut. 12. Iansen. super concordiam cap. 84. Cartusianus super Lucam art. 31. relati à Sigon. de Republica Hebr. lib. 4. c. 15.* Non quia non erat (erat enim in templo Hierusalem *Deut. 12. 14. 17. Tobiæ. 1.* In templo vitulorum, quos erexit impius Hieroboam, vt nihil minus viderentur habere duabus tribubus *Amos. 4. versu. 4.* Sed quia non erat necessaria (erat enim veluti eleemosyna *vt ait Abulen. super Matth. cap. 23. quæst. 814.*) Vt non est hodie oblatio *In cap. Omnis Christianus de consecra. d. 1. cap. ad Apostolicam de simonia*. Imoque non exigebatur ab inuitis *in Ezech. 45.* licet sponte oblata acciperetur: sic enim Herculi ethnici aliquando decimam soluebant *in. l. 2. §. fin. ff. de pollicitationibus.* Aliquando verò sibi reseruabant iuxta illud Plauti *in Truculẽto, nam iam de hoc obsonio de mina vna diminui modò quinque numos; detraxi partem Herculanam. Neque de oblationibus*, Quia sponte à presbytero fidelibus oblatis imo de eis nihil suscipit episcopus, sicut antiquitus non suscipiebat summus sacerdos ex ijs quæ offerebantur à populo sacerdotibus & Leuitis tempore quo conueniebat populus in templo, *Neque de domibus in quibus* Non habitabant laici in. l. *Basilicam de operibus publicis in cap. 1. de immunitatibus Ecclesiast.* Sed vt olim in exhedris templi Hierusalem habitabant sacerdotes *in Concil. Salegustadien. c. 12.* Vt in instanti quotidie iuxta obligationem *cap. peracta de consecrat. d. 2.* Peregrinis aduenientibus darent communionem quæ ex hoc dicebatur peregrina, *Vt obseruat Xantes de Euchar. 10. repet. cap. 2.* distribuerẽt pauperibus charitates ad conuiuia. *In Concil. Aquisgran. cap. 11. notat D. Chrysost. in illud 1. Cor. 11. oportet autem hæreses esse.* Quæ traxerunt originem ex ritu Hebræorum relato *in cap. 1. de decimis* Ethnicorum, de quo meminit *Virgil. 3. Æneid.*

Solennes tum forte dapes & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tnmultum viridi quẽ cespite inanẽ
Et geminas causam lacrymis sacrauerat aras.

Si dicamus cum Martiano in. l. 8. ff. de rerum diuis. illum locum religiosum esse, id est, arari non posse, non quia tantum ibi erat κενοτάφιον, ne contradicat legi præcedenti: sed quia ibi erant aræ sacræ & extructæ, ad quas conuenientes alimenta ex epulis deducebant. Hæc ergo conuiuia quæ secundum Couarruu. in cap. fin. numero. 2. de testam.
dicuntur ἀγάπαι id est, charitates *in capi. 1.* 12
& 3. 42. d. prohibentur *In can. 74. Synodi celebratæ in Trullo in cap. non oportet. 2. 42. d.* tradit *Basi. In quæstionibus cõpẽdiose explicatis qu. 310.* Licet sint in nonnullis Hispaniæ locis admissæ vt crescat & conseruetur fidelium charitas *Vt tradit Henricus de Synodo. 3. par. art. 3. à num. 199.* *Neque de atrijs*, Quia de eis nullam vtilitatem, nisi tantum ornatum percipit Ecclesia, imo si de eis exigeret seruitium prælatus, esset nudo vestimentum detrahere *Vel de hortis.* Qui licet in lege veteri non poterant esse circa templum *dicente Deut. 16. ne arbor iuxta altare plantaretur*; quia idolatræ cõsueuerant sub arboribus sacrificare, *Vt obseruant D. Tho. 2. 2. quæst. 102. art. 4. ad. 7. Honcala in ca. 21. Gen. col. vlt.* Quo errore cessante admittuntur in Ecclesia horti propter amænitatem, & vt potius gentilium quam Iudæorum vestigia sequamur *cap. in illis. 81. distin.* Sic enim in lege veteri Iudæi adorabant ad occasum, *Vt docet D. Tho. supra art. 2. ad. 5. Summa Raynerij 2. part. tit. de lege vet. cap. 51. Ezech. enim. 8.* Reprehenduntur quidã, quia habebant dorsa contra templum Domini, & facies ad orientem: gentiles vero adorabant ad ortum solis *iuxta illud Virgil. 12. Æneid.*

Illi ad surgentis conuersi lumina Solis
Dant fruges manibus salsas & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq̃ altaria libant.

Tra-

Tradũt ne Clemens Alex. lib. 7. Strom. Natal. com. lib. 1. mytol. cap. 10. Alex. ab Alex. lib. 4. dier. Gen. c. 14. Sic enim cynocephalus animal natura circũcisum tribuens Mercurio Trismegisto causam, vt quia duobus anni æquinoctijs duodecim vicibus vrinam facit in duodecim horas diem divideret. Ad orientem Lunam adorat: *Vt refert Pierius cynocephali hierogli.* Ecclesia tamẽ sicut in hortis in adoratione Ethnicorum ritũ secuta est adorans ad orientem, *In cap. Ecclesiarum 11. d.* Vt paradisum qui est ad orientem in Edom. *Gen. 2. iuxta literam 70.* Vt antiquam patriam requiramus: *Tradũt Dam. lib. 4. de fide cap. 19. Orig. hom. 5. sup. Numer. Iustinus martyr, q. 118.* Supto exemplo ab existentibus in captiuitate Babylonica, qui antiquam affectantes patriam orabant versus Hierusalem, *Daniel. 6. vbi Pintus adnotauit.* De his autem hortis iuxta Ecclesiam positis præter subiectionem nullum seruitium deducet Episcopus: *in c. ex parte de decim.* In quo monachi nõ tenentur soluere decimas de hortis suis, de quibus antiquitus non soluebant sacerdotes: *Vt docet Abul. sup. Matt. cap. 23. q. 142.* Vnde Pharisæi qui committentes grauissima peccata, vt viderentur legis obseruantissimi decimantes fructus hortorum reprehenduntur à Christo, *Luc. 11. Væ vobis qui decimatis mentham, & rutum. Hæc oportuit facere,* idest secũdum, *Iansen. supra,* nõ est necessaria ex præcepto legis, vt ablutio calicũ, & manuum: non est tamen contraria legi & sic oportet facere, vt actũ supererogationis, non tamen oportet alia omittere, id est, oportet seruare præcepta legis: *Neque de prædicto Manso aliquod seruitiũ faciant præter Ecclesiasticum,* id est, cathedraticum, *Vt notant omnes per text. ibi in cap. conquerente de offi. ordin.* Quod seruitium ideò Ecclesiasticum dicitur, quia non potest esse Ecclesia; quin illud debeat Episcopo *in cap. cum non liceat de præscription.* Quoad hanc tamẽ partem decisio nostra probatur *Authoritatẽ text. in cap. Secundum canonicam in*
13 *cap. Sancitum 23. quæst. 8. in cap. conquerente de offi. ordina. in l. placet. 5. C. de sacro Sanctis Ecclesijs.* & non obscure colligitur ex decima, quæ in lege vet. à Leuitis soluebatur summo Sacerdoti in signum, & recognitionem subiectionis, *vt refertur in cap. 1. de decim.* Vel vt verius puto quia vt omnem populum mundum redderet immolabat vaccam ru ffam ex eiusq; combustione remanebat maculatus vsque ad vesperam, *Leuit. 4. notat Beda in quæstionibus super Numer. cap. 16.* Exemplo antiquitus enim cẽsus soluebatur tantum ex rebus mancipi, id est, ex rebus, quæ mancipatione alienabantur: *Vt ait Scaliger ad Festum Pomp. de verb. sig. fol. 41.* Vnde cum res Ecclesiæ illis similis sint, cum nõ alienentur, nisi forma *cap. sine except. 12. q. 2.* Ex eis soluitur census taliter quod si Ecclesia habeat tantũ Mansum Episcopo soluat cathedraticũ subiectionis, iure non vero plus satis rationabiliter primo, vt sicut in cœlo præter Regẽ vnum Deũ, est vnus Angelus in cæteros principatus tenens, qui *Si credimus D. Gre. hom. 34. in Euan. & li. 32. Moral. c. 24. Isidor. li. 1. de summo bono c. 12.* à principio fuit Luciferus: post casum vero fuit Arcangelus Michael, cum ex hoc dicatur habere exercitum *Apoc. 12.* Ita in Ecclesia eius figurã repræsentante *in c. fin. 89. d.* præter summũ Pontificem, vnus princeps, seu prælatus cognoscatur conseruetur q; sic status monarchicus, *aristocratias cũ democratias* antepone dus, consistere bonitate principatus in vnitate principis *iuxta text. in Ezech. 37. cap. in apibus 7. quæst. 1. Homeri, il. B. ouc agathon polucourante heis couranos esto Heis Basileus.*

Propter quam rationem est facta in Ecclesia decisio *tex. in c. Cum nõ liceat de præscript. cap. nullus Patriarcharum, 99. d.* Secundo, ne minuatur cultus diuinus sic Ecclesiæ bona exenuentur, vt olim cõtigisse post captiuitatem Babylonicam iuribus denegatis Sacerdotibus refertur, *Nehem. 5. Malac. 3.* Quod ne eueniat in lege gratiæ præter decisionem *tex. in c. 1. vt Ecclesiastica beneficia cap. fin. de rescript. li. 6.* Introductũ est, vt annata S. P. soluenda, quæ succedit in locum decimæ, quæ olim dabatur summo Sacerdoti: *Vt resoluit Bursat. con. 126. n. 70. & 81. vol. 2.* Non deducatur ex distributionibus quotidianis, vti obseruat *Ferretus con. 237. n. 6. Rebuf. resp. 124.* Tertio ne concessa Episcopo facultate exigendi censum insolitum vltra cathedraticum aperiatur via excoriandi oues nulla subsistente causa contra *tex. in l. 1. C. de superindicto lib. 10.* Quod ne eueniat, facta est decisio *tex. in c. Nullus. 124. 1. q. 1. c. Nulli Episcoporum, 16. q. 7.* Quarto, quia Episcopus cum sit pater spiritualis, potius debet filijs thesaurizare quam eis extraordinaria exactione onerosus exi stere *in c. prædicator 16. q. 1.* Ne sibi dicatur illud *Ezech. 34. væ pastoribus Israel, qui pascebãt semet ipsos. Nõ ne greges à pastoribus pascũtur?* Quod ne eueniat facta est decisio *tex. in cap. constitutum. 16. q. 1. cap. pen. 18. quæst. 2.* Quinto, quia nouus census sine authoritate Summi Pontificis *exigi non pot in c. super quibusdam, §. præterea de verb. sign.* probat in simili *l. 2. C. vectiga. noua cõstitui*

tuni non posse, l. 1. & 14. tit. 11. l. 6. compil.
quod ne eueniat facta est decisio, *tex. in ca.*
scientes in c. peruenit. in c. significauit infra hoc
tit. l. 1. C. de institutionib. li. 10. l. fi. C. de priui
14 *legijs domus Aug. l. 11.* Hic autē census qui
soluitur ex Manso nō habuit initiū sub Vr
bano primo quo bona Ecclesijs conserua
ri cæperunt *in c. videntes*, 12. q. 1. Sed post
Simpliciū, sub quo vt refertur *in c. de red-*
ditibus, 12. q. 2. Redditus Ecclesiæ qui anti-
quitus erant cōmunes, & ab Episcopo di-
stribuebantur, diuisi sunt, & singulis mini
sterijs attributi: *Obseruat Duaren. de sacris*
Eccle. li. 7. c. 5. Hinc *in c. cum Apostolus infra.*
Secundum nonnullos Conc. Later. licet
referat Paulum Apostolum nihil à subdi-
tis exegisse exactionē concedit, quia viue
te Paulo bona Ecclesia nō possidebat *Act.*
1. Neque fideles quia omnes voto monas-
tico erant adstricti, vt ego adnotare soleo
cum Hieronymo *Plato, li. 2. de bono statu re-*
ligiosi c. 21. Ad iustificationem vltionis re-
latæ *in c. Ananias*, 17. q. 1. quibus non acce-
do iudicans altius penetrasse Paulum, cū
ipse dicēs 1. *Cor.* 9. *qui pascit gregem de lacte*
eius manducat, prædicans Corinthijs: *Vt di*
xit Hieron. 2. Corin. 11. Neque panem quo-
tidianum, quē ordinauit Christus *Luc.* 10.
Accepit, vt explicē neglecta ratione *text.*
in cap. Sacerdos, 1. *quæst. secunda.* Credo Pau
lum duplici ratione motum, prima vt ait
Baronius tomo primo anno Christi 52.
c. 13. ne quod offendiculum daret Euāge-
lio Christi, id est, ne præberet aliquod of-
fendiculum captātibus occasionem obla-
trandi ac dicendi Euāgeliū à prætextum
quendam honestū fuisse orbis circumeū-
di, obsonandi, lucri & quæstus faciendi,
qua forte ratione motus *Ant. August. in no-*
tis ad primam collectionem decret. l. 3. tit. 34. c.
6. tentauit emendare *tex. in d. c. cum Aposto*
lus, ponens pro verbo prædicandi *dicendi*,
vel detrahendi. Secunda ex Conc. Lateran. su-
pra. Vt locum auferret pseudo Apostolis,
qui non baptizatis lucri, & ventris gratia
ad prædicandum proficiscebantur, nomi
nantes quidem Christū, sed non integris
traditionum lineis nunciantes *Actor.* 19.
Quibus vt obuiam iret Apostoli signum-
que fidelibus darent composuerunt sym-
bolum baptizatis tantum tradendū; nun-
quam vero literis exararunt vt eum om-
nes ignorarent, præter quam illi, qui ex
Apostolorum ore didicissent vt post *Rufi*
num in de professione fidei notat Somnius li. 2.
demonst. 1. tract. cap. 2. Quorum propositū
ad finem perducens Paulus abstinuit ab
omni munere licito, scilicet, ne illicito lo
cus relinqueretur.

Sic enim, ne daretur locus idolatrandi Sa-
ctus Rex Ezechias confregit serpentem
æneum, 4. *Reg.* 18. Etsi esset figura Christi
in Cruce pendentis *Ioan.* 3. combussit li-
brum remediorum cuiuscuius morbi à Salo
mone compositum vt *Ait P. Greg. lib. 28.*
Syntaxis c. 7. Michael Archangelus occul-
tauit corpus Moysis, & diabolo enitenti
vt reuelaretur increpauit *in epist. Iudæ*; &
Christus licet sit agnus *Ierem.* 11. *Esai.* 53.
prohibetur tamen depingi in figura agni
à patribus orientalibus, qui 6. Synodi reli-
quiæ fuerunt *in c. Sextam sanctam Synodum*
de consecratione d. 3. Ne aliquis locus relin-
queretur Euticheti Manicheis, & Mono-
thelitis negandi Christi *humanitatē.* Apō
stolus tamē se suis manibus sustentabat e-
xercens officiū artificis tabernaculorū: *Si*
fidem damus Chrysost. hom. 2. sup. epist. ad Rom.
Origen. hom. 17. sup. Numer. Sed vnde acci-
derit vt B. Paulus nobilitate insignis, & e-
ruditione præclarus officium quod exer-
ceret didicerit explicat *Baronius supra c. 4.*
Aduertens in synagoga quandam legem
præscriptam illis qui sacras literas vellet
profiteri, vt maniuale quodpiam officium
addiscerent, quo victum quærerent: quod
qui facere prætermisserit procliuiores ad
peccandum futuros, veteres affirmabant.
Sed his addere nō est patiētia libera nobis,
redimus ad tex. & qua vocat materia, se-
quamur. Ex nostra cōclusione interpre-
tās primo tex. in c. 2. de decimis, in quo di- 15
citur Leuitas nihil accepisse, a leuitis & sic
clerici à clericis nihil debere accipere: ipsi
enim postquā soluebāt decimā summo sa-
cerdoti, reliquas partes in sui sustētationē
reseruabant. Ita etiā clerici postquam ex
decimis cathedraticū soluerint Episcopo,
sibi reliquum reseruabunt ex tex. nostro.
Secundo tex. in c. 2. & in c. vnio 10. q.
3. quibus tertia pars oblationum, quæ anti
quitus vltra cathedraticum soluebatur E-
piscopo applicatur reparationi Ecclesia-
rum, ne Episcopus vltra cathedraticū ali-
quid suscipiat ex Ecclesiæ manso. *Docet*
Archidiaconus in cap. decernimus. 10. quæst. 1.
Aduertens non in parrochialibus, sed in
Episcopalibus intelligendum *tex. in c. no-*
bis, in c. concesso, in c. quatuor, in c. de redditi-
bus, 12. q. 2. in quo verbo credo tex. nostrū
etiam de primitijs agere, cūm illæ vere &
realiter sint oblationes, *vt obseruat Lipo-*
man. in catena sup. Exod. 35. quæ antiquitus,
secundum Abulen. sup. Matth. cap. 23. q. 138.
dabātur nō Leuitis, sed sacerdotibus, quia
loco primogenitorū sustinebāt onera san
ctuarij. Accipiebāt enim primitias vt o-
blationes voluntarie, & sponte in festo ta-
bernaculo

A

bernaculorum *vt obseruat Abulen. Numerorũ.* 5.*quæst.*17.in modũ eleemosynæ diebus quibus congregabantur in templo *secundum Abulen.d.c.*23.*quæst.*214.

Tertio exinde interpretor tex. nostrum siue dicat atrijs siue dicat areis, vt talium ratione ecclesia non soluat censum nisi cathedraticum quia ex eis Ecclesia nullam percipit vtilitatem: nam si sunt atria tecta habentia porticus, quo se recipiat populus cum vrgeat æstus aut pluuiæ, qualia erant atria templi Salomonis 3. *Reg.* 5. explicat Theatrum terræ sanctæ in descriptione Hierusalem nume.101. vel sunt areæ statim ante ianuam occurrẽtes quibus homines deambulare solent, nullam præstant vtilitatem non considerantur inter bona, vt terrulæ aut vineolæ *in cap.terrulas*.12.*q*.2. Sicque talium ratione census extraordinarius non soluitur, sicut non soluitur, de hortis, cùm magis ad recreationem quam gratia percipiendi fructus sint plantati.

16 Quarto interpretor *tex.in nouella Iustiniani.* 122. Qua cauetur à personis ecclesiasticis & clericis subiectis episcopum exigere posse cathedralia cùm ea soluantur in signum, & recognitionem, quæ ab ecclesiæ Manso exacta dicuntur cathedraticum vt obseruat *Langleus.l.*6.*otij semestris cap.*1.*f.*266. firmant tamen *Cuiat.nouella.*6.*Duaren.d.cap.*5. Intromasticum, de quo ibi fit mentio nihil aliud esse quam cathedraticum: cathedra enim iure Pontificio significans munus episcopale *in cap.non autem.in cap.placuit.in capit. Si quis episcopus.*7.*quæst.*1.*in cap.luminoso.*18.*quæst.*2. Est thronus seu soliũ, in quo collocabatur episcopus veluti possessionis cuiusdam apprehendendæ causa, eo quod præcipuum eius munus sit alijs prædicare & docere sedens in solio throno seu cathedra, *vt referunt Euse.li.*7. *histor.cap.*15.*&*.16.*Histor.tripar.lib.*5.*cap.*29. ex quo ius ipsi debitum aliquando cathedraticum, aliquando intromasticum dicitur. His tamen non accedo ne confundam intromasticum cum cathedratico reclamante Regula.l.*Si idem C.de codicil.* Cum nomina sint posita sẽper ἴσει, hoc est ad aliquid significãdũ *vt docent Martinez lib.*2.*hypo.c.*1. *Montanus in idyotismo libro* Ioseph *cap.* 86. credens *cũ Marsilio de redditibus.*1.*par.cap.*6.*num.*16. *Langleo supra* introniasticum esse quæ episcopi ex more donatiui nomine pro lætitia dignitatis erogare solent, quod in pecunia à magistratibus fieri prohibetur *in l.*1.*C.de consulibus li.*12

Quinto interpretor tex. in *cap.inter.* 10. q.3.
17 in quo episcopus, qui etiam ex Ecclesiæ manso deducit cathedraticum non deducit a monasterijs quia monasteria, vt dicitur, *in c.*1.*de statu mon.* sunt subiecta episcopo quoad legẽ iurisdictionis, non autem quoad legem diœcesanam. At exactio cathedratici non est de lege iurisdictionis, sed de lege diœcesana. Illud enim exigit prælatus non tanquam iudex ex potestate Iurisdictionis, sed tanquam diœcesanus pater spiritualis vt dixit *Petrus Grego.in repet.d.cap.conquerente cap.* 18 *nume.* 2. sicque ab eius solutione liberatur: ex qua *exemptione* monasteria non præstant episcopo charitatiuum subsidium *in cap.quam sit.*18. *quæst.*2. portionem de relictis pro ornamentis fabrica seu luminibus *in cap.fin.de testam.* partem oblationum *in cap.nimis iniqua de excessibus* Prælatorum super inditum *in cap.generaliter.*16.*quæst.*1. Neque tenentur venire ad Synodum in cap.episcopus.11.18.dist. nisi habeant populum iuxta text. sic intell. in c.quod super his de maior.& obed. quo casu obligantur quia non abbates, sed potius plebani dicutur in. l.legatis seruis.§.Si ex officio de leg. 3. Ne tamen huic deductioni *&* *d.cap.cum inter*, obstet difficilis *tex.in cap.seruitium.*18.*q*.2. eum intelligo non in cathedratico: nam ad eius exactionem præscriptio ibi ponderata, esset superflua, *Arg.cap. examinata de iud.* sed in alio seruitio consueto & præscripto non longissimo tempore, vt vulgus putat. Nã ab anno chris.173. quo creatus fuit Gre.7. vsque ad annum.188. quo creatus fuit Vrbanus.2. illius canonis conditor, tãtum sunt.15. anni, qui sufficiunt ad iustificationem titul.in *c.cura de Iure patro.in l.qui in aliena §.sed si non adierit.ff. de acqui.hæred.nam in. l.cum de in rem verso.ff.de vsuris* ex decennali præstatione inducitur præsumptio tituli solennis qui per agentem allegatur, cuius tituli ratione potest quis in futurum ad soluendum compelli docent Couar. in Reg.possessor.2.par.§.4.num.2. Bernar.Diaz reg.26.

Sexto exinde concilio tex.in *c.quia cognouimus*.10.*q*.3. prohibente à subditis quamcũ 18
que exactionem fieri *cum tex.hic & in cap. cũ Apostolus.§.prohibemus infra* vt dicamus antiquitus super indictionem non imperiosã fuisse *cap.fin.de off.ordin l.*6. precibus enim & suasionibus eam impetrabant episcopi, non tanquam dominantes in clero: vnde hoc munus quia sponte oblatum, vi exortum non dicitur
χαριστηρίων vt egregie aduertit *Duaren.d.ca.* 5. *Charisteriũ*
Quam obseruationem summe notandam censeo ad interpretationem *tex.in capi. Eleutherius.*18.*quæst.*2.*& in cap.de eulogijs* 18.*d.* aduertendo eulogia non significare cathedraticũ, sed munera extraordinaria & superindictiones, quæ licet accipi valeant sponte oblata

ta, non tamen coacte exigi possunt *in cap. quæsta.1.q.2.* et sic monasteria non soluunt *in cap. generaliter.16.q.1.& in.l.1.C. de indict. lib.10.* Imperatores obligantes ecclesiam ad solutionem census, addiderunt quia non extraordinarium sed canonicum nomen accepit. Quod si episcopus super indictum exegerit, cum committat crimen concussionis *in cap. militare.24.q.1.* tenetur in quadruplum *in cap. Quoniam.18.d.* vbi obseruat *gloss. secuta à Turrecrem. ibi num.12. Henrico tracta.* de Synodo episcopi.3.part.num.79.

91 Septimo interpretor tex. in cap. Sic quidam 10.q.1. vbi si in dotatione Ecclesia eximatur ab Episcopi subiectione, vt si dicatur dotata ita vt, non soluat episcopo cathedraticum, talis conditio, seu clausula habetur pro non adiecta, quia decisioni nostri tex. contraria *tradunt Decius con.135.num.2. Gutierrez per tex. ibi in lege nemo potest. num.144. de leg.* primo bene tamen in capellania non collatiua fundata absque episcopi consensu & authoritate posset apponi clausula quod episcopus non deducat censum, neque in ea aliquo modo se intromittat & si se intromiserit, capellania habeatur pro non facta, & bona in pios vsus distribuantur, *vt resoluunt Guiddo. Pp. d. 187. Ancharra. con.129. Rebuf. de pacific. poss. num.287.* Moti ex *l. in traditionibus. ff. de pac.* Octauo interpretor *tex. in cap. nec numerus.10 quæ.3.* quo prohibetur episcopo cathedratici nomine amplius quam solet, exigere, ne eo colore quæsito taleis, & exactionib⁹ subditos grauare præsumat *contra tex. hic & in cap. Nullus.124.1.q.1.* Nam in simili si episcopus non tantum semel in anno voluerit Ecclesiam visitare iuxta *Tex. in c. decernimus c. episcopū.10 q.1 in c. conquerente. de officio* ordin. Sed pluries dicendo id necessarium iuxta tex. sic intelli-

20 gendū *in c. cū venerabilis infra. in c. visitādi. in c. Non semel.18.q.2.* vnam tantum procurationem accipiet *in capit. inter cætera.10.q.3. docet gloss. fin. in. d. cap. cum venerabilis* ne eo colore quæsito episcopus taleis & exactionibus subditos grauare præsumat.

Nono exinde deduco quod cum præscriptio quis a superiori qua sobedientia eximatur, nō valeat, *in c. cum non liceat de præscript. non* valebit præscriptio, qua quis eximitur a solutione cathedratici *in c. cum ex officij de præscript. docet gloss.1. in cap. quicunque.16.q.7. recepta à Card. in clement.1.q.3. de iure patron.* sicut nec

21 a visitatione ex *Trident. sess.6. cap.4. de reform.* Nam si episcopi exemptione & consensu expresso non potest liberari quis à cathedratici solutione *vt docent Cardinalis quæst.3. in cap. cum venerabilis infra. Henricus supra num.* 84. quia nec supremam iurisdictionem *secundum Cou. prapti ca. n.6.c.4.n.1.* Princeps a se abdicare potest, à fortiori liberari non potest tacito consensu id est, consuetudine, seu præscriptione. *l.3. §. diuus. ff. de sepul. vio. l.2. C. quæ sit longa.* bene tamen valebit præscriptio de nō soluēdo in parte cathedraticū. *in c. olim. infra. in c. cū olim vers. quia vero de priuileg.* vel de soluēdo aliquo modo seu tēpore *secūdū Hēricū supra num.88.* quam conclusionem ampliandam censeo primo *cum Austatio lib.3. de sacrorum immunitatibus cap.17. num.* 83. vt procedat etiam in casu quo ecclesia fuisset ædificata in agro tributario nam tunc ecclesia habens mansum tantum, non tenetur præstare tributum, sed dabitur recursus contra patronum, sicut datur recursus contra principem *in l. bene à Zenone C. de quadrien. Præscript. cap. de rebus 12. quæst.2.* Si tamen Patronus non satisfaciat, ex Manso soluetur tributum præter cathedraticum, cum res semper transeat cum onere suo *in cap. ecclesia, in capit. quicunque in cap. quæsti. in cap. si quis.16.q.1. l. Celsus de leg.2.* Sic in simili decima soluitur à quolibet possessore fundi in *ca. commißum in cap. ad audientiam de decim. docent vincentius de Franchis d.107.n.11. Cepha. con.757. nu.2. Sarmen. de redditibus parte 2. cap.8. num.19.* debet tamen episcopus secūdū Cardinal. hic col.1. non permittere ecclesiam construi, nec ponere primarium lapidem, nisi legitima & sufficienti dote assignata ne alias vt dicitur *in ca. Diaconique.93. dis. mendicet infelix clericus in plateis & publicam a quolibet deposcat alimoniam Secundo cum cardinali. quæstione.3. in dicitur c. cum venerabilis 3. Henric. supra. nu.* 84. vt procedat etiam in casu, quo episcopus a se abdicaret cathedraticum, nā id nō potest, sicut enim princeps non potest supremam iurisdictionem a se abdicare, & in alium transferre, *vt resoluunt Carolus de Grassalis, lib.2. Regalium Franciæ Iure.14. Cou. practicarum c.4. nu.1.* ita episcopus non potest a se cathedrati- 28
cum abdicare, cum impossibile sit esse aliquē in episcopatu, & a iurisdictione episcopali exemptum. *in. capi. cum non liceat. de præscript.* Obquam limitationem in generali exemptione non venit cathedraticum *in cap. Pastoralis vbi notat glo. de donationibus.* neque procuratio debita titulo subiectionis in visitatione *in cap. cum venerabilis* infra & ne incontrariū adduci valeat *tex. in c. cōstitutus de religiosis domib⁹ respōdeo cū cardinali supra. col.1.* ibi interuenisse Sūmi Pōt. autoritatē ex qua omnia iustificātur in c. proposuit de cōcessione præb. Tertio cum *Immol. in d. c. conquerente col.2.* vt etiam Abbates ratione capellarum subiectarum

rum episcopo teneantur soluere cathedraticum, licet enim Abbates non teneantur talem censum soluere ratione monasterij sibi subiecti, *vt resoluit Paris. consilio 22. num. 4. tomo 4.* tenetur tamen soluere ratione capellæ subiectæ episcopo ex regula d. l. Celsus *notat Hēricus supra num. 86.* a solutione cathedratici liberatur ecclesia primo si de hoc sit exempta & Papa ex certa scientia confirmabit exemptionem *in cap. constitutus de relig. domibus*: non enim ad id sola episcopi authoritas sufficit, cùm impossibile sit, esse aliquem in episcopatu & ab episcopi iurisdictione exemptum *in cap cùm non liceat de præscriptio.* ob quam rationem in generali exemptione non venit cathedraticum *in cap. pastoralis vbi notat gloß. de donat.* neque procuratio debita titulo subiectionis in visitatione *in capit. cum venerabilis infra*

Secundo si super hoc fuerit lata sententia contra episcopum, & ipse non appellauerit in ca. *Cum inter de re iud. ex reg. l. ingenuum ff. de stat. hom.*

Tertio si Papa aliquam ecclesiam, specialiter exemerit *in cap. 1. de priuileg. l. 6.* nam ex Papæ authoritate omnia iustificantur *in cap. proposuit de conceß. præben.*

Quarto, si quis in parte præscripsit cathedraticum *in c. olim 1. in cap. cum olim. versi. quia vero de priuileg.* cum non exuat obedientiam talis præscriptio.

Quinto nisi ex toto cathedraticū non esset in vsu secundum *Panor. in cap. Pastoralis de donat.* quo casu requiri tempus immemoriale præstat argumentum *tex. in cap. 1. de præscrip. l. 6.* nam si priuilegio eximitur quis à solutione cathedratici, & tempus immemoriale habet vim priuilegij *in dict. §. ductus aquæ.* Nec tunc in contrarium adduci valet *tex. in d. ca. cum non liceat.* Nam respondeo tantum ibi probari, nulla præscriptione effici posse, vt quis nullum habeat superiorem, quia sicut natura iudicatur monstrum, corpus sine capite, ita ecclesias & sacerdotes superiorē non recognoscere, sancti Patres monstrum esse nulla ratione excusandum decreuerunt *in cap. quo iure. 8. distinctione in cap. nulla 93. distinctione in cap. omnis anima infra.* Cæterum quod quis non subijciatur isti episcopo, sed illi, vel immediate summo Pontifici id recte induci præscriptione potest. *in cap. cū olim versiculo quia vero de priuileg. in cap. Cum ex officij de iudic. in cap. cum contingat de foro compe.* potest tamen episcopus cogere tenentes ecclesias ostendere priuilegium seu exemptionem præscriptione sentētia seu cōsuetudinē causatam, quia habet intentionem fundatā a iure communi *in capitul. cum personæ de priuileg. lib. 6.* Sicut aliàs episcopus quia in sua diæcesi habet intentionem fundatam, *in c. omnes basilicæ. 16. q. 7.* potest cōpellere subditos, vt sibi ostendant titulos quibus suffulti possident beneficia *in capit. ordinarij de officio ordinar. l. 6. in Con. Tride. seß. 7. cap. 5. de reform. tradunt Gratian. con. 153. num. 30. lib. 4. Curtius iunior con. 90. lib. 2. Palat. Rube. in repetitione cap. 2. notab. §.* vltimo *num. 43. Couar. in reg. poßessor parte. 2. §. 10. num. 9.* pro cathedratico autem antiquitus soluebantur duo solidi *in c. 1. 10. q. 1. in c. 1. q. 3. in d. c. cōquerente,* quos solidos esse aureos intelligūt *gl. 1. & Ioā. And. in cap. finali de iudic.* quia appellatione solidorū lex intelligit de aureis *in. l. quoties. C. de susceptoribus lib. 10. in auth. de defensoribus ciuitatum. §. & iudicare*, vbi quos aureos prius dixerat mox solidos appellat: libertus enim qui condemnatur in. 50. aureis *l. si libertus l. in eum. ff. de in ius vocan.* condemnatur in. 50. solidos *in. §. fin. inst. de pœna temere litigan.* quod ad interpretationem *l. sancimus C. de dom. not. Petrus Grego. lib. 28. syntagm. ca. 13. n. 10.* & ad explicationem *l. 7. tit. 18. p. 7. & l. 7. ti. 18. p. 1.* obseruat *Cou. de monet. c. 6. n. 5.* Quos enim sacra scriptura solidos, Iosephus stateres seu aureos dici firmat *Budeus lib. 4. de asse.* Secundum autem communem vsum loquēdi solidus numus est æreus & minutus, *vt docet Lanceiotus de statutis glos. solidos in principio num. 6.* & in cathedratici solutione parrochiæ consuetudo sequenda est circa valorē solidorum, vt soluat vsuales, & si diuersa moneta sit soluetur illa quæ est magis vsualis & vulgaris *docent Henricus supra num. 90. Summa Astesa. libr. 6. tit. 53. art. 2. sic enim in capite olim infra.* soluuntur, pro synodatico, quod cathedraticum dicitur *in cap. pastoralis de dona.* sex denarij papienses in festo natiuitatis, & tres in festo resurrectionis dominicæ, quia soluitur moneta antiqua in æstimatione valoris eius facta per nouam monetam currentē *in cap. cum canonicis infra Petrus Greg. in repet. cap. conquerente cap. 15. num. 2.* Addit tamen Conciliū, *Si quid amplius habuerint inde senioribus suis debitum seruitium impendent,* in quo est maxime difficile interpretibus hallucinantibus, qui sint isti seniores, inter quos, vt tolleret difficultatem *Gratianus in cap. sancitum. 23. q. 8.* mutauit nostri textus verba, & pro senioribus, posuit maioribus, non viso seu neglecto originali, & sine ratione, quia vnius Ecclesiæ duo superiores esse non possunt Quam rem, vt explicem præmittens *cum Masio in historia Iosue cap. 7. versu. 7. Baronio tom. 1. anno Christi. 58. cap. 10.* Seniores, esse no-

nomen nō tam ætatis quam autoritatis & poni pro illis qui cū ætatis prærogatiua habēt curam alicuius rei *gen.24.dixit Abraham ad seruum suum senem qui præerat omnibus quæ habebat*, vbi tex. Hebręus habet pro senem זקן significans seruum atriensem *Ruth.4.9. dixit Bohoz* לזקנים. *senioribus* idest magistratibus: *& Matth.26.reprobari* à senioribus vbi tex. græcus habet à πρεσβυτέρων, id est, prælatis vt interpretatur *Iansenius supra concord. cap.66. Actor.15. conuenerunt Apostoli & seniores videre de verbo* hoc. in quo sensu est apud Tit. Liuium lib.34. scriptum *Aristonem priuatum ad neminem publice ad seniores mandata habuiße* Horatium in art. Poeta.

Centuriæ seniorum agitant expertia fruges
Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes.

Credo *cum Hotho de feudis cap.* 3. verbum seniores, hic positum significare patronos, qui cum authoritatis prærogatiua habent curam Ecclesiæ: in quo sensu in forma fidelitatis relata *ab Aymonio lib.5.cap.24. dicitur Domino meo Carolo Regi fidelis ero, sicut homo suo seniori*, vt concilium se iterum ad patronos conuertēs dicat, Si ecclesia in dote habuerit magis, quàm mansum *senioribus suis*, id est, patronis suis debitum seruitium impendant, sed quod erat debitum seruitium, est nodus gordianus, en tamen vt Alexander Macedo, saltim scindo dicens *impendat*, id est, teneatur dare alimenta in paupertate patroni in cap. *Quicunque.16.quæst.7.* Tributum impositum tempore fundationis *iuxta cap. præterea de iure patronatus*, quod soluetur de bonis vltra mansum, quia in dotis augmento bene cadit grauamen in *l. fin. §. filiæ fidei commisit de legatis .2.* fac. tex. in. l. *Si libertus patrono. ff. de bonis lib.* Docet Ro. Xua. in. l. quoniā in prioribus *ampliat. 6. num.2.* id autem præstari patronis ab ecclesia iustissimum est, vt Ecclesia se gratam ex hibeat ei, à quo esse acceptit: nam si ciconia rationis ex pers parentibus senecta confectis præstat alimenta, vt ipsis parem gratiam referat, quanto æquius est ad id ecclesiam respectu patroni obligari cum semper sit cultrix & auctrix iustitiæ pro oculis habens æquitatem? 2. vt inter ecclesiam & patronum pax seruetur, & pacta custodiantur, vt dicitur *in cap.1. de pactis.* 3. vt sic alliciantur homines ad dotationes ecclesiarum videntes ibi bona quasi in sacrario reseruata ad subleuandam inopiam suorum successorum si casu contingat de his autem bonis etiam soluet ecclesia onera consueta, quorum fit mentio *in cap. pen. & fin. 18. q. 2. in cap. tributum.23.q.8.* quod ego adnotare soleo. 1. addicendum seruitium *cap. de eulogijs. 18. distinctione*, exigi posse, si sit diutina consuetudo exigendi *in. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris.* secundo ad conciliandum *tex. in cap. antiquos canones. 10. quæst.1.* vbi de oblationibus dimidium præstatur episcopo cum *cap. vnio. 9. q.3.* aduertens cum *Petro Grego. in cap. conquerente cap.16.n.2.* in eo casu cum simus extra cathedraticum consuetudinem tantum ob seruandam, sicque aliquando tertia præstatur, aliquando quarta *in cap. requisisti. in capi. officij de testam.* aliquando nulla ex quadragenaria præscriptione *in cap. de quarta de præscriptione.* Potest tamen episcopus petere charitatiuum subsidium, iusta existente causa. *in cap. Nullus. 1. quæst.1. in cap.3. de officio vicarij in d. cap. conquerente*, sicut à principe seculari ob necessitatem publicam, aliquid super indicti nomine exigitur *in l.1. C. de super indicto lib.10.* tunc enim non dicitur nouus census sed cessante necessitate vsque nunc intermissus. *in. l. & Attilicinius. ff. de seruit. rustico.* dicetur autem iusta causa si proprij redditus non sufficiant episcopo *in cap. cauendum.* 10. *quæst.3.* si ecclesia cathedralis oneretur debitis *in cap.1. §. finali vt ecclesiastica beneficia*, vel ex alia iusta causa, quæ relinquitur arbitrio superioris episcopi archiepiscopi scilicet, aut patriarchæ *in c. clericus. 11. q.1.* vel S. Pon. *in c. pen. de verb. signific.* & tunc episcopus non potest excedere taxam *extrauagantis vas electionis* hoc titu. inter communes docet *Bobe. decisione.134. Afflict. d.136.* potest etiam dum inspicit seu visitat ecclesias, victum petere moderate: tamen in dicto cap. conquerente ne longi temporis victum leuis hora consumat in cap. cum Apostolis infra fac. tex. *l. 2. & .3. §.1. ff. vbi paup. educ. deb. l. plebiscito. ff. de officio præsid.*

FINIS.